


RÖPL.

29

1518.



CHVONRADO PEVTINGER AVGVSTANO
Iurisconsulto & Cæs. a consilio, Richardus
Bartholinus. S. P. D.

DECREVERAM vir literatissime, vt oratio, quā
in conuentu vestro Augustē. mandato diui paci-
fici MAXIMILIANI Cæsaris recitaturus eram,
sed breuem admodū, atq; concisam, penes me om-
nino delitesceret, tamen efflagitantibus Principis
mei illustrissimi, vernaculis coactus sum, & eam diffundere la-
titus, & in vulgum edere. Ceterum vt aliquo patrocinio prodire
securius posset, cum tui nominis prefatione publicandā puta-
ui, dabis igitur operam, vt cum tuis auspicijs exitura sit, q; & a
literatis recipi, & tuo correspondere nomini possit.



ORATIO RICHARDI BARTHOLINI AD MAXI-
milianum Cæs. s. semper Augustū, ac potentissimos Ger-
manicē principes de expeditione contra
Thurcas suscipienda.



Vm sacratissimū conspectum tui
intueor Augusti. Imperator. Cum
magnitudinē vestram, illustrissimi
principes, qui ad hanc optatā, præ-
sentis conuentus, celebritatē, quæ
foelix ac fausta sit, cōuenistis animo
complector mihi, quod etiam diser-
tissimis, ac eloquentissimis viris ali-
quando contigit, euenire sentio. Nā
pro insolita, ac prope admirabili re-
rum excellentia, totus stupeo, ac im-
pos mei fieri videor. Quis enim tam singulari doctrina prædi-
tus, aut quod tam multa exercitatione elaboratū ingeniū, quis
deniq; tam audax, ac promptus in dicēdō, quē & eorū de quib;
dicturus sum non confunderet magnitudo, & diuini conspe-
ctus tui, inuictissime Cæsar, fulgor non perstringeret? Atq; vt
de re ipsā loquar, talis dicendī materia oblata est, vt in ea diffici-
lius sit exitum, quā principiū inuenire. Nam cum de tuenda, ac
amplificāda Christiani nominis libertate, Secundo cum de futu-
ra Romani imperij ac vestrū oīm gloria dicturus sim, si omnia
ex sententia tractare vellem, presens nullū (vt opinor) modū es-
set habitura oratio. Quanq; inter tot angustias, in quas me con-
iectū esse intelligo, ppter ea merito me met solari possum, tūga
a grauissimis viris erudite, ac copiose res ipsa prius tractata est,
tum etiam q; in hoc maximo rerum amplissimæ cumulo, ne-
mini mediocriter etiā erudito deesse facultas dicendi potest, atq;
vt inde quo debet oratio proficiat. Nihil a natura mortalibus
preclarius, ac vtilius, q; mutua quēdā animorū connexio, attri-
butū est. Quod quidē, & cetera animantia comune nobiscū ha-
bent. Ceterū cū ipsa, nec auaritia, nec rebus nouandis cupiditate
impellant, in suo quēq; genere seruāt, nam serpens non petit ser-
a ij

Drusio

plinius

pentem, nec leo in leonē pugnat, tygris in tygrīm nō sequit, sed quod illis naturaliter ab initio insitū est, sequunt, amātq; nō modo sese inuicē, sed etiā a dissimiliū animalū impetu mutuo defendunt, ac tuentur. Hominibus vero, qui p̄clarissimū naturę munus p̄cinitus abiecerē, nulli maiora intulerunt mala, q̄ homines. Quoniam sepe aut avaritia, aut odio, aut propria gloria, ad ea impellunt animi, vt nisi diu, multūq; graui, & acerbē in opes in vrbes, in hominū corpora, in ipsa deniq; deorū fana, ac delubra, sequitū sit, parū digna triumpho cōfecisse videant. Quis em̄ nefandas temporē nostrorū cades, referre sinelachrymis potest quis populi christiani effusum cruorē? q̄ crudele bellūdi genus quo quidē nec nocētibus, nec innocētibus, non templis, non aris non religioni parū est, oīa igni, ferroq; deuastata sunt, squa- lent adhuc arua, colonis vacua v̄stigia q̄ diu populi, ac com- mercia deseruere, cū nec tuti quid haberēt haecenus satis digno- scere potuerint. Nam simul atq; vna dimicādī causa occidit, alia subinde, atq; alia, & maior & seuior orta est. Sic modo victi, modo victores Germaniam, Hispaniam, Italiam, ita populis opumq; vi exhauserunt, vt vtroq; integro, totius orbis imperiū facile sibi vindicare potuissent. Decies aut amplius æuo nostro in Italia a potentissimis exercitibus pugnatū est, vnde tanta mor- talū clades et ita, vt merito, a te sacratis. Cēsar aliqñ dictū sit, illā amicitie ac beneuolentie parenthesim, quē nūc Dei opt. max. nu- tu penitus sublata est, plus centū millibus hominum interemisse. Profecto si exēplis & nostrorū temporē & antiquorū rem hāc tractare velimus, promptissimū erit asserere, discordia maxima ac opulētissima imperia corruisse, cōcordia vero ex infimo bre- uiter creuisse. Quod quidē & po. Ro. & ceteris, qui cōcordiā ab initio coluerunt cōtigisse satis notū est. Quis enim, a pastori- bus Ro. imperiū, quod longe postea, lateq; orbī terrarū impera- ret, nasciturū putauisset, quis non Atheniē gesta, quos These- us e pagis intra mœnia coegit, admiretur. Quis legendo, audien- doq; lacedæmoniorū victorias, non delectetur? Is aut̄ dum ni- hil antiquius concordia visum est, ita sua ipsoꝝ imperia auxere vt p̄ magnitudine seipsa cōtinere vix potuerint. Sed postq̄ eo- rum resp. avaricia, cupiditas, ambitio, ac lubido dominandi, oīa

*Discordia
omnida*

*Theseus
acedemonij*

vicioꝝ monstra inuasere, discordia laborari ceptū est, & quod longissimo temporē spacio, varijs & diuturnis bellis acquisie- rant, breui amiserunt. Idem Thebanis, idem Carthaginensibus sub Annibale, quorū res terra mariq; amplissime fuerunt, con- tigit. Igit̄ cū imp̄sentiaꝝ de tuenda, Christiani nominis, libera- te, ac Ro. imperij gloria & dignitate agat̄ vt nihil magis pestife- rum discordia esse potest, ita etiā concordia vtilius esse nihil po- test, quantū enim ex altero iacturę, ac dedecoris, tantū, si alterū affectamur, commodi, & honoris nobis vindicare possumus. Quapropter hoc Catholicū. i. vniuersale concordie vinculum, quo de in hoc vstro amplissimo conuentu agitis, ad libertatem Christiani nominis ad cōmunē gloriā, & amplitudinē Ro. im- perij tanti fore arbitror, vt eius iura non solū defendi possint, verum etiā ij, qui quotidie noua quadā regnorū accessione Mo- narchiā consecuturi arbitrant̄, vires aliquando nostras sint for- midaturi, hac enim concordia capiti membra vniunt, nouumq; corpus, quod prius pene occiderat Christianę reip. renascit̄, qd̄ quidē ita firmissimis beneuolentie neruis cōpingi necesse est, vt non facile in posterum membra eneruari, ac distrahi possint, id aut̄ haud aliter fieri potest, nisi quod pro cōmuni tum vestra, tū oīm Christianorū, & libertate, & commodo perfecistis, illud in perniciē fortunę vestrarū, ac Christiani nominis calamitatem minime conuertat̄, quorsum huiusmodi tendat oratio, intellige- tis. Romani cū ab Annibale p̄ceno premerent̄, cū Philippo regē qui ex federe Carthaginē classē missurus erat quasdam pacis conditiones pepigere. Victo Hannibale, nouis de industria re- pertis causis, nec quidē iustis, philippū bello aggressi Macedo- nie regno priuauerunt. Ceterū hoc a te sacratis. Cēsar tantū ab- esse sentio, quanto magnitudo animi tui ad cōmune semper bo- num ad vtilitatē, & cōmodū christianorū principū propensior esse videt̄. Quod quidē tametsi annis iam tribus elapsis, cū p̄s- tantissimis Regibus Pannonie, Boemieq; ac Sarmatię prae te tulisti, tamen his nostris temporibus tua ista diuina virtus, ac in- comparabilis clementia, cōmunia Christianorū cōmoda, pro- prijs cōmodis, q̄ longe ante ponat, perspicū est. Atq; id de vo- bis cum haud aliter mihi persuasum sit potentissimi principes,

a iij

*Thebani
Carthaginensibus*

*Romani
Hannibal
philippus*

video iam populos renasci, reflorescere ciuitates, arua obductū
 s'q'lorē omittēre, mercimonia exerceri portoria, ac vectigalia, ve
 strarū ciuitatū, ac fluminū q' vobis bellorū nerui sunt, cōduci &
 vt breuē dicā nihil ad nostrā libertatē cōmodi⁹ nihil vtilius, mō
 iacta cōcordiē, ac beniuolētiē fundamēta firmit' sint a vobis cō
 fici potest, vel vt verius fortasse dicā, magis necessariū. Pellū siq'
 dē formidabile, piculosum, ac p'niciosissimū cervicib' Christiana
 norū iminet sacrat' Cesar, qd' qdē & si sanctis, D.N. Leōis. X.
 pont. max. literis, oibus christianorū p'cipib', & tibi in primis
 nūciatū est, nūc p'o p'reuerēdissimos dños Gurcen & S. Sixtū
 sedis aplice legatos viros graui. ac prudētis, in p'sentia, signifi
 cari voluit, qntū potētissimus, ac ferocissim' turcarū imp. pau
 lo añ impij sui fines p'pagauerit, & q' vigiliātī aīo, cura q' medi
 tet' Siciliā i primis, vt audio inuadere, antiquū, P. R. horreū, nul
 libi emā copie ingētes ali, & meli⁹, & diutius p'nt, & ad Italiā, ac
 demū totū orbē subiugandū nulla insula neq' celebrior, neq' o
 portunior. Idē terrestrib' copijs de Pānonia, qd' sepissime iactū
 ēari solitū accepim', se facturū cogitat, his locis occupatis getu
 rū animū ne credite, vbi maiora scepra, illuc maiore īpetu fert',
 oēs deletos vult p'ripes, vt solus ipse regnet, ac orbi impet. Nō
 Danubij vastitas, nō alpiū vestrarū erecta i celū saxa obstabūt,
 Penetrat vbiq' ferri violētia, nisi repellat, & corū p'sertim, q' chri
 stianorū clade, ac internicionē audius, q' ceterarū gentiū, affe
 ctāt. Qua pp' caute obsecro, ne rerū pficiēdarū p'craftinatiōe
 qua diēta diēta pturire solet, illud de vobis puerbiū merito dici
 possit. Sero aī aduerterūt Germāi atq' respo debitis fortasse: nā
 cū terrā pede pulsābim' noui repēte ac fortissimū p'dibūt exerci
 tus, & in ipso vt dicūt tpis articulo rei nostrē cōsulemus. Respo.
 deo (& cū veniē p'fatōe dictū sit) ne hoc qdē maxius ac opulē
 tissimus Aegyptiorū rex formidabat, vt. f. ad tā estuosas meridi
 ei plagas Turcē pficiscerēt, & dū hostē cōtānnit regnū & vitā
 simul amissile itellexitis veniet mihi credite, vinā falsa p'dicē, ve
 niet turcus Diocetiāo ac Maximiano violētior q' vt securi⁹ nos
 aggredi possit, cū rege Persarū, inq's etiā cōditionibus inducias
 firmavit, relictaq' egypto, ac Syria, ad tantā belli molē Cōstan
 tinopolim reuersus est. Video iā Italiē, ac Pānoniē claustra pul
 sari, video christianorū cēde cāpos repleri, cum nos desides, ac
 somniculosi, plus subelliōrū indēnitati, q' cōmuni libertati, ac

Legati ap'lon

Turcarū imp'

Syrilia

Pannonia

procrastinatio

Turcus

Rex persarū

Constantinopolis

gloriē īmortali cōsulamus, nā dñi p' tantulo sedis digito alterca
 mur, dū pōtificiā diligētiā puerse interpretamur, hostes imperiū
 a septētrione (vt paulo post dicā) ad meridiē interim p'pagāt ita
 & de occidētalib' christianorū regnis oīno facturos puto, nisi
 exēplo maiorū vestrōrū dignitatē vestrā illustrissimī principes,
 ac cōmunē libertatē tueri velitis. Illi qdē nulla alia via, ductūq',
 ac cōsilio sibi īmortālē gloriā cōparare posse arbitrati sunt, nisi
 vt non tū illatū bellū p'pulsarēt, sed etiā q' ab externis gentibus,
 ac barbaris nationibus, principū christianorū inertia simul & dis
 cordia occupata fuerāt ad pristinā impij dignitatē reducerēt, a
 micis, socijs & cōiūctis fide, & beniuolētia populis, auxilia sub
 ministrarēt, nepe q' putabāt nihil aliud maius ad impatoriā, ac
 regiā amplitudinē attinere q' occupata bello repetere, & amicos
 a barbararū gētū īcursionib' defendere, qnq' dē oibus virib',
 tū in augēda gloria, tū p' libertate & cōmodis amicarū puincia
 rū, vrbūq' & populorū laborabāt. Cogitate ergo germani p'ri
 cipes, atq' aīo reuoluite eodē maiores vros nō sua impia amice
 tere, sed aliena acgrere cōsueuissē, nulliq' hoc amplissimū impi
 um vestrū aggredi ausi sunt, q' virtute vestra vel territi nō disces
 serint, vel victi p'enas nō p'soluerint. Dareus ac Cyrus p'sarū re
 ges, q' Scythiā bello superāt, cū danubiū traiecessent, germaniā
 attingere minime ausi sunt, Lysimachus rex potētiss. cū vltra da
 nubii copias trāsueuissē, a Romechete rege, p'ligato eius exer
 citu captus est, illud aut relatu dignissimū, Alexāder Macedo, q'
 totū orientē fulminis, ac tēpestatis more deuicerat, germanorū
 fama deterritus trāsire danubiū cū exercitu, oīm tūc gētū victo
 re, noluit. Aug. Imp. vt tranquilli verbis vtat, oēs graues ignomi
 nias, cladesq' duas oīno, nec alibi q' in germania accepit, Lollia
 nā & Variānā, sed Lollianā maioris infamiē q' detrimētū, Vari
 anā pene exciābilē tribus legiōib', cū duce legatūq', & auxilijs
 oibus cessis, hac nūciata excubias p' vrbē indixit, ne q's tumultus
 existeret & p'sidib' puiciarū p'pagauit impiū vout & magnos
 ludos Ioui opt. max. si rēp. in meliorē statū vertisset, adeo nāq'
 cōsternatū ferūt, vt p' cōtinuos menses barba, capilloq' submis
 so, caput interdū foribus illidēs vociferaret. Quintil. Vae legi
 ones redde, diemq' cladis quortannis moestū habuerit ac lugue
 brē, non Tyberij, cum armis vindelicos inuaderet, repentinam &

Darius Cyrus Scythia super

Lysimachus

Alex macedo

Sue. Tranquillus

Lolliana Variana clades

C. Cæsar Germania fugam recitauerim, an non intellexistis Cl. Cef. cū tri-
 gesies & amplius cum Germanis manū cōseruisset, is qui totum
 Caligula poltea orbem subegit, eos vincere nequiuisset. Caligula etiā omī
 belli apparatu in germanos contracto, quantū antea nunq̃ nīhil
 nisi risu dignū egit, cum detruncatis arboribus, triumphū exere-
 rit, ac ad oceanilittora profectus vt milites conchas legerent, ga-
 leasq; & sinus, replerent imperauerit spolia Oceani vocans capi-
 tolio, palatioq; debita. Quid de Gothis vestris, aut vandalis lo-
 Gothi quā? altera enim gens e Scandinauia insula, altera ex continēti
 vndali egressa, Gallie, Hispanie, Africe, Italie bellica gloria cōparatis
 ita imperitarunt, vt sub Sclibuto rege qui oēs Hispanie ciuitates
 superauit. Romanos primum in ea prouincia imperare desisse
 Theodo. imp. constet, intantūq; Gothorū res & gloria creuit, vt Theodoricus
 Gotthorū imp. primus Gothorū, imperatoris nomen meruerit, ij cū supra tre-
 centesimū annū Hispanis imperauissent, paulatimq; cū ad ocia
 & segnitie bellicā maiorū virtutē transtulissent, regnū amiserū.
 Sed quoniam hec germanie pars: tamen quia magnitudine, ac glo-
 ria rerum gerendarū, concordēs animi ferebant, nihil non Ger-
 manis superabile videbat, ac nihil minus superabile q̃ Germani.
 Vnde adagij loco haberi ceptū est, qui male pugnare volūt cum
 germanis pugnēt. Patiēmini ergo vos, vt qui soliti estis alios vin-
 cere, ac alijs imperare. Turcas genus mortalitū scelestis, ac crude-
 lis, vobis imperaturos: patiēmini pristinū glorie splendorē tam
 facile obnubilari: patiēmini religionē nostrā, ac Christi fidē con-
 culcari, atq; in tam nephandos ritus cōuertere: per ego diuinas ma-
 iorum vestrorū vmbas rogo, atq; supplico, erigite iam animos
 eorū vestigia imitemini, illudq; in primis considerate, in hoc ve-
 stro amplis, conuentu oīm vitā ac fortunā, positā esse huc oēs
 respiciūt principes expectātq; qd tandē hinc oriat. Non ignari
 ergo estis quanta sit ergo auctoritas vestra, & quantū dedeco-
 ris accedere possit, si oīm principū Christianorū, opinione tanta
 iam de vobis concepta, spem, & expectationē frustrabimini, cō-
 tra autē q̃ gloriosum onus a vobis suscipiendū sit, & quam late
 olim, longeq; imperij vestri fines protēdebant, nūc vero quibus
 clausi, vt ita dicam, angustis suis cognoscite. Tota enim Grecia,
 tota Macedonia, tota Thessalia, tota Epirus, tuis p̃decessorib;
 inseruiebāt

inseruiebāt sacratiss. imp. ijsdem vtrac; Moesia, ac quicquid gen-
 tium Tanai, Ponto, Aegeaq; in Europa clauditur, a meridie qe-
 quid terrarū a Lybie, Aegyptiacoq; mari alluitur, ad orientem
 vero quantū Lycie, Pamphilięq; sinus spectant & interne qe-
 quid ipsa deniq; Asia cōplectitur, parebant. Qui maria nunc no-
 stra: qui portus: qui vrbes occupant: qui vectigalibus & bea-
 tis, regionum vbertate fruuntur: nempe gentes incognite, quare
 nomen tantū, nedum vires, vix a nobis auditū fuerat. O miram
 principū christianorū desidiā, Turcē Byzantiū claris, imperato-
 rum sedem dolo, & vi partā occupant, Turcē, Greciā, Mace-
 donie, Epiro, imperant. Turcē Thessalie, Moesiā, Thraciē do-
 minantur. Non enim de innumeris Asiaticarū prouinciārum po-
 pulis loquar, cum paulo ante, o facinus memorabile, superato
 altissimo Tauri montis, iugo per Comagenē, Seleucidē & Cas-
 siotidē, Syriam, Palestinā, ac phoeniciā, ingenti Babyloniorū,
 & Aegyptiorū clade addita, sub iugū miserint, ac Damascū Sy-
 riae Hierosolymaq; vrbes florentissimas, vi captas diripuerint.
 Quod autē Memphi aegyptiorū metropoli patratū sit, omnibus
 iam palam est, quandoquidē idem Turcarū imperator, truci-
 do Soldano non tantū maximā, ac opulentissimā urbē se vicisse
 quantū etiam in sanctissimo Iosephi solio confedissee gloriatur.
 Et nunc intantū nefandissimorū hostiū creuit audacia, vt latro-
 num ac predatozū more maria nostra occupent descendant ad
 littora Italiae, igni ferroq; omnia deuastent, deorū immortalitū
 aras violēt, phana atq; delubra expilēt, virgines ac pueros, quos
 in obscenissimū vsum seruant (pudet hac referre) in perpetuā
 emancipationē abducant. Hæc omnia vestra implorant defensi-
 onem, vestra opem exposcunt, agite intelligite maiorū vestrorū
 (vt sepius de ijs loquar) res preclare gestas. Otho primus Ro-
 Imp. cum Berengarij tyrannide italia premeretur, eo simul cum
 filio, iterum profligato, ecclesiasticę dignitati ac toti Italie liber-
 tatem restituit, vnde tanti non immemor meriti Ioannes. xij. pō-
 tifex maximus Othonē Imp. fortissimū, Germaniæ, ac Panno-
 nię translatō etiam ad Germanos imperio, titulis insigniuit, idē
 etiā cū Othone filio, vt Ioannē. xij. pōtifice maximū ab exilio
 vendicaret, cum ingenti exercitu Italiā ingressus est, & ne ab eo

Mesia
Tanais
Pontus

Byzantium

Otho primus
Berengarius

Io. xij. h

progo. nihil sanctius
ut germanis lucas
Cesaris designare

rum exemplis discedamus, Otho tertius Crescentij tyrannidem
ita repressit, ut Gregoriū pontificē, qui illius potentia exaltatus
fuerat, ad pontificiā dignitatē restituerit, unde cum nullibi impe-
rij magnitudo, ac gloria, q̄ apud Germanos esse videretur, san-
ctionē tulit, ut ille ceteris praeesset, qui virtute, & rerum gestarū
fulgore ceteris praestaret, ac ut in posterū solis Germanis liceret
eligere, qui Caesar & Romanorū rex appellatus, tum demū im-
perator, & Augustus haberetur si eum Romanis pontifex cō-
firmasset, nunquid Lothariū semel, atq; iterū ad liberandā eccle-
siam, in Italiā profectū legistis: a quorū virtute si degenerare nō
vultis, non tam propullandū, q̄ etiā inferendi belli, reposcendiq;
ablata ratio a vobis ineunda est. Quae quidē haud aliter ab im-
manissimis hostibus, ac sanguinē nostrū sitiētibz, extorqueri
poterant, nisi sanctissima hac vniuersali concordia praestantissi-
morū principū nostrorū animi, & ad maxima orti facinora de-
uincti fuissent. Nec cuiq; dubiū sit si volueritis, velle enim & p-
cōmuni tuēda libertate & pro gloria debetis, quin breui omnes
prouinciā vestro subiiciantur imperio. Virtute enim ac clemen-
tia tua, sacratissime Caesar, terrestre ad pontū iter per Pannoniā,
& Sarmatiā apertū est. Harum siquidē prouinciāz reges ita ti-
bi, & propinquitate, & beniuolentia coniunxisti, ut non modo
aditum, sed etiam bellicosissimarū gentiū auxilia subministratu-
ri sint, addo etiam (quod ad victoriā potissimū attinet) tota Gre-
cia, pars Macedonię, & magna pars Epyri, sub nostra adhuc vi-
uunt fide, orant deos immortales (acerbissimis enim premuntur
vectigalibus, & impie tractantur) ut aliquando ope vestra, atq;
auxilio, tam graue seruitutis iugum excutiāt. Asiatici populi im-
belles sunt citius vincuntur quam bellum sentiant. Illud ergo ve-
stris insedeat animis, inhereat, infixum sit nihil ad communem li-
bertatē tuendam, & ad vestram immortalem gloriam conducibilis
fore, quam si pacata animorū inuidia, ac penitus abolita,
ad amplissima illa regna animū appuleritis, hic enim de angustis
finibus, illic de magnis vrbibus, hic de oppidis, illic de regnis, hic
de paruis prouincijs, illic de maximis imperijs deertatur. Pate-
re æquo animo sacratissime imperator, breuē hanc meam dis-
gressionem, Thurcarū imperiū, quod ab initio, aut nullum, aut

paruum omnino fuit, nunc a septentrione per extremū Pontū si-
num, ad Colchos vsq; & Albanos protenditur a meridiē lyceo
mari, Pamphylia, & Iffico sinu, prius claudebatur nunc mari ru-
bro, & Aethiopia finitur ab oriente quatenus Armenia ad Eu-
phratē vergit, ab occasu per propontidē, Aegēū, & Myrtho-
um mare Mœsia, Macedonia, Epyro, Illyrico finitur, a sinu ve-
ro Iffico ad Gnidū vsq; promontorium plures q̄ quadraginta
vrbes maritimę numerantur a Gnidio Bosphorū thracium vsq;
& Chalcedonē totidem fere sunt, a Bosphoro ad Apsoz & Se-
bastopolim, quę in vltimo pontici maris sinu positę sunt, par vr-
bium numerus reperitur. Quid aut vltra Colchos, & Albanos,
aut quid nunc in Aegypto Aethiopiā, & Aphricam versus oc-
cuparint non satis mihi cōpertum est. Ceterū quę in priore am-
bitu terrarū, prouincię continent non enim singula ad vnguem
secuturi sumus, hec fere sunt in Ponto & Bythinia prouincię
iij. vrbes mediterraneę plures. xxx. in Asia prouincię. xij. vrbes
mediterraneę fere. c. xl. numerantur. Pamphylie & Lydię pro-
uincijs quinq; vrbes mediterraneas fere. lx. Ciliciam vero quę
ijs contigua est, prouincijs. vij. vrbibus vero. xxx. claram faci-
unt. Cappadocia, quę Antitauo monte ab armenia diuiditur,
præfecturis. v. & duabus prouincijs, vrbibus vero mediter-
neis pluribus. lxxx. celebris est. Armenię aut minori, quę citra,
vltraq; Antitauri iuga vsq; ad Euphratē extenditur præfectu-
rę quatuor, prouincię. vi. vrbes aut mediterraneę plures. lxx. at-
tribuuntur. Si ergo & prouinciāz, & vrbū numerus reputet
prouincijs, plus minus. xl. vrbes vero cum maritimas, cum me-
diterraneas. cccc. reperiemus. Non enim de Europeis, ac floren-
tissimi olim Grecoz imperij regionibus, ut pote nobis notis, lo-
quor, quarū si præclarissime prouincię, vrbesq; quas amicissimis
recenserentur, facile intelligere possitis, nostrā desidā, nostram
inq; ignauiam centum prouincijs, mille vrbes hæctenus per-
didisse, unde non solum pristinę nobis glorię, sed incredibilis
utilitatis iactura illata est. Omnes siquidem regiones (ut Tullij
verbis vtar) ita opimæ, ac fertiles sunt, ut & vbertate agro-
rum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionum, &
multitudine earum rerum, quę exportantur, facile omnibus

Turcorū impus ab m
fuit plus sed ea
longe latius phidra

puer in ponto &
Bythina. 4.
vrbes 30
in Asia prouincij
vrbes 120
pamphylia Lydie

Cue.

terris antecellant, taceo creberrimos portus, utroque in litore, & Asiatico, & Europeo vel natura, vel artificio mortalium confectos, ad quos tanta mercium varietas defertur, tam magna compa- rantur vestigalia, ac portoria, ut facile inde ingentes copie, & ar- mari, & alii possint, huc ergo bellum, huc potentissimum exercitum tuum para, sacratissime, huc diuinam istam virtutem tuam, ac bellicam disciplinam dirige, huc dominandi cupiditate vertite illustrissimi principes. Nam si (ut etiam Romanorum exemplis utamur) sepe mercatoribus, ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis, bella ges- serunt, si Corinthum totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt. Vos eos impune regnare patiemini qui tam inique populos chris- tianos tractant, qui tot prouinciarum, urbiumque vestrarum iura sibi, & utilitatem vendicant qui nihil aliud, quam christianum nomen abo- lere, & extinguere meditantur? Si idem populus Romanus cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetholis, leui lacessitus causa, bel- lum gessit, quanto vos maiore studio decet iniurijs nependissimis, & quidem crebro, ac inextinguibili odio prouocatos non so- lum imperij maiestatem, ac nominis Christiani libertatem defendere sed etiam venerabile domini nostri Iesu christi sepulchrum, ah ingens do- lor, ah nimium temporum nostrorum dedecus, in cuius recuperatione ac tutela, opes, regna, imperia, corpora denique ipsa atque animæ opponi effundique deberent a Thurcarum, Aegyptiorumque manibus extorquere? memineritis obsecro, memineritis inquit, quingentesi- mum iam annum elabi, quo sequissima thurcarum gens, saluatoris nostri incunabula omni impietatis, ac ludibrij genere profana- runt, non defuerunt tamen interim maiores nostri, quos quidem ita bello Asiatico fuisse accensos constat, ut non solum Hierosoly- mam, recuperauerint, sed etiam impuros, ac sceleratissimos Christianorum hostes spurcissimis cladibus affecerint. Anno enim salu- tis nostre. M. LXXXIII. Gothfredus Eustachius, & Baldu- nus Balionus, Galatiæ comites, Vgo magnus, Philippi regis Fræ- ciæ fratres, & duo Roberti, alter Normandiæ, alter Flandriæ Boe- mundus apulie comites, cum trecenta millia armatorum nomen in militiam christi dedissent, in Asiam traiecerunt ubi Nicæa ca- pta, direptaque, haud longe cum solimanno Thurcarum imperato- re ita acriter decertatum est, ut in ea pugna ad, xl. millia hominum defi-

derata sint. Inde Iconium in Lycaonia, Heraclea, Tharsus, Edessa, Cæsarea Cappadociæ, & Antiochia præclarissime ciuitates ca- pte sunt, non reticebo egregium illud Boemundi facinus, is cum An- tiochiā obsideret, in auxilium arcis Corbanes persarum rex cum Sa- sadolo Cassiani regis filio validissimis exercitibus proficiscebatur quibus cum lanceæ vexillo qua Longinus sanctissimum christi lae- tus transiit, obuiam factus, ita paucorum virtute contra innu- meram hostium multitudinem, ac dei opt. max. fauore, acriter pu- gnauit, ut eo die ad centum millia hostium cesa, & præter ingentem prædam, ad quindecim millia Camelorum in castris capta ferant. Nec minor Raymundi ducis Austriæ filij gloria effulsit. Quippe qui Ascalonitarum, & Damascenorum reges cum maxima hosti- um cede superauit. Cæterum sub Balduino. iij. octauo & octo- gesimo anno, tam diu enim Christiani reges Hierosolymis, ac toti Syriæ imperarunt, a Saladino præstantissimo Aegyptiorum rege urbs capta est. Cæterum paulo post Federicus Imperator Philippus Galliæ, & Ricardus Angliæ reges, validissimis com- paratis copijs, non solum Hierosolyma recuperarunt, sed etiam Ric- chardo Anglorum regi propter egregiam eius operam, quam eo in bello fortiter nauauerat, Hierosolymitani regni titulum concesserunt. ijsdem fere temporibus hæc contingere, quibus a Celestino. iij. pon- max. Archiepiscopum Maguntinum, & Saxonie ducem, cum poten- tissima Germanorum manu, in Asiam missi sunt certeque illud af- firmare ausim, nisi Germani (pace autem eorum dictum sit) qui in Asia tunc militabant, cum Henrici Imperatoris mortem intellexissent, relin- quendo Asiatico bello, in Europam cum maximo Christianorum damno, sed potissimum Ioppensium, in quos omni ope destitutos Thurcae Saracenicum impetum facientes omnes ad vnum interfecerunt, traie- cissent facile crediderim illud Hierosolymitanum regnum, sub Chri- stianis principibus adhuc duraturum. Inde paulatim Christiani nominis fortuna simul ac pietatis feruor retro labi ocepit, nam sepius huiusmodi nobis prouinciam aggressis, maxima, ut sub Gregorio nono pont. max. contigit, iactura illata est, reuixerat non parum virtus, & gloria in nostris principibus sub Calixto, tantumque fortunæ militibus nostris apud Belgradum oppidum cer- tantibus accesserat, ut nisi christiani intestinis malis laborauissent

Boemundus facinus

Corne m. hab. h. m. m.

preda ingens

Raymundus Dux Aust.

Baldus 2^{us}

fr. m. m.

Calixtus Belgradum

de Thürcarū nomine, quemadmodū Calixtus idem prędicabat
actum fuisset, nam pręter memorabilē hostiū cedē, quę a pau-
cis christianorū militū facta est, ad centum & quinquaginta bō
barde ex hostium castris direpte sunt. Quamobrē si antea tam
vestrorū maiorē vitā, ac facta completi animo volueritis, non
ne ipsos beatos esse, qui & pro libertate, & pro immortaliglo-
ria cecidere, arbitrabimini? Fortasse & de imperatore exercitus
eligendo ambigimus: absit q̄ hoc in controuersia, cadat. Nam
si tuam rei militaris scientiam, sacratissime imperator, de te enim
lubet paulisper loqui, ac animi tui magnitudinē intueri volum?
quas quidem virtutes in summo imperatore inesse imprimis exi-
stimo oportere, quis te vel peritior, vel fortior vnq̄ fuerit, repe-
riemus profecto neminē, referrē militaris disciplinę incunabula
nisi ab ineunte ætate, ea pręstitisses, vt ante tempus maximi ipse
exercitus imperator, omnium consensu dignus iudicatus fueris
quare merito de te illud ausim dicere, quod de maximo impera-
tore, dictum scio, plura gessisti bella, quā ceteri legerint, plures
prouincias consecisti, q̄ alij concupiuerint, sapius cum hoste
confluxisti, q̄ quisq̄ cum inimico certauerit. Quadraginta enim
annos, & amplius, non ocio, non desidia, sed cōtinuis diuersisq̄
bellis, exercuisti. Testes sunt Pannonēs (nam tuas ægreferre lau-
des non debent) qui cum in prouincias tuas irrupissent, vix tecū
postea dimicare ausi sunt. Testis ferocissima Gallorum gens, q̄
crebro, & quam æquo marte, pugnatum sit. Testis deniq̄ ite-
rum, & sepius, Italia, quæ tuam potentiam ac militarē discipli-
nam satis nouisset, si rerū successus vel deorū voluntate, vel ho-
minū fide non caruisset. Quod ergo genus belli excogitari po-
test, in quo te, vel gloria vel fortuna non exercuerit? Si bellicarū
virtutū, quas in te pręcipuas esse, oēs externę gentes, ne dū Gen-
manę intelligūt, seriē prosequeremur, quę possit oratio, vt Tull-
ianum illud referā, par inueniri, tuo in negocijs labori, fortitū-
dini in periculis, industrig in agendo, celeritati in cōficiēdo, cor-
silio in prouidendo: quę oīa vno in te solo, quanta in reliqs im-
peratoribus, quos aut vidimus, aut audiuius, nō fuerūt. Quā
te pręterea authoritatis, apud exterarū nationes sis, illud pro cō-
perto habet, vt sine tuis auspicijs reip, christianę libertatē, ac glo-

riam tueri posse haud quantū arbitrent, tantūq̄ nominis magni-
tudine apud Scythicos populos, & ponti accolas coleris, vt tuo
nutu vel pacem accipiant, vel bellū aggrediant. Basileū illū Rho-
xanorū principē, ac Sigismundū fortissimū Sarmatarū regē in-
telligo, non recenseo Pannoniā, ac Boemiā, non Lusitaniā, ac
Daciā, quas tibi, & posteris, indissolubili propinquitatis nexu
cōiunxisti, nō Germaniā tuā oīm prouinciarū totius orbis (mō-
do suas agnosceret vires, & cōcordiā coleret) potentissimā. Nō
opulentissimū, ac ditissimū Britannię regē, qui tantę expeditio-
nis falsę, ac onere gloriabundus, te tantū verū orbis terrarū prin-
cipē colit, ac veneratur. Non inq̄ christianissimi, ac catholici re-
gum maxiorū, ac potentissimorū incredibilē erga te et amorē, et
obseruantia recitauerim. Alter enim foelcissimę concordiæ, ac
propinquissimę affinitatis vinculo alligatus, alter sanguine con-
iunctus in te, tantq̄ in solē vnicū acie cōuertunt, te obseruant, ti-
bi obsecuntur, ac iudē sacratissimę maiestatis tuę filij & nuncupari,
& haberi volūt. Igit quantū rei militaris cognitionē habes, q̄
clara in te, exercitataq̄ virtus, & q̄ maxime apud oēs authorita-
tis & noīs sis, diximus. Nihil erit ergo, qd' aut sapiētissimā etate
tua, aut cōsilio, aut virtute, aut noīs magnitudine aggredi & cō-
ficere, cum laude non possis. Quanto magis ijs potentissimis re-
gibus adiunctis, qui ad amplitudinē Christianā nunq̄ defuturi
sunt, & te, & ipsos rerum gestarū gloria, in deorū numerum rea-
ferre poteris: Vos aut o fortissimi Christiani nominis reges lū-
bet paulisper, ac si adessetis, vobiscū loqui, tanto ardentius huic
incepto vos decet incumbere, quanto illustrioribus institutis &
regnorum potentia, & virtute ceteris regibus facile antecellit.
Siquidem maiores vestri, postq̄ in excelsio fortunarū vestrarū
loco collocatos se viderāt, quicquid opis quicquid viriū, ab am-
plissimis regnis suppetebat, aut cōtra barbaras nationes, aut p̄ res-
cuperādo dñici corpis sepulchro, trāstulerūt, p̄tereo exēpla q̄
b² annales v̄ri referti sunt cū illi tantq̄ Decij bellis barbaricis con-
fodiēdos sese deuouerēt, nepe q̄ nihil gloriosius putabāt fore,
quam si in eo bello, in quo & de fide, de cōmuni libertate, & de
immortali demum gloria decertaretur, cecidissent. Neq̄ ad-
huc si orientissima illis regna, vt posteris reliquere, contigerant.

Ad finimmas Reges

Bombardis 150 ex hostiū
castris direpte

Redit ad imp

Pannonēs
Galli

Italia

Nam si bellicosissimā ac populosissimā Galliā, si Belgas, ac tot latissima Hispaniæ regna, si quæ in Aphrica, si quæ apud Indos, comparata sunt, si indomabile Britannorū genus si dactorū Panonumq; ac Sarmatarū, animorū feritatē, si immensam deniq; Germanorū potentia, virtutēq; inuictā, atq; insuperabilē animo complecti volumus, verendū ne est, orbis totius imperium, immortalitatis modo gloria impellamini, vos minime vendicatos: addo animorū vestrorū magnitudinē, & iam florentem in vobis virtutē, addo ardentē in magnis, arduisq; rebus perficiendis cupiditatē, quæ quidem in ista vestra florentissima ætate quæ illustriū factorū affectatrix esse solet, tanq; in speculū intuentibus representantur, addo deniq; foelicitatē, rerū humanarū, quam cum virtute, tum fortuna partam, quis aut diuinitus, aut fato pro Christiani nominis libertate in vobis collocatā esse nō arbitretur? In eo tamen potissimū vestra futura gloria, ac nomē immortale positū videtur q; singularibus & diuinis virtutibus vestris, ac fortunis Cesarē oim mortaliū prudentissimū, ac fortissimū beniuolentia, & propinquitate coniunctū esse cernimus & ita coniunctū vt nisi dii, atq; homines aliter statuant, ad Christiani nominis augmentū, ad perennē famā, nihil aut presentius aut auspiciatius accedere potuerit. Quam ob rem danda opera est, vt illud iterū repetam, ne quod cum maxima vestra laude, ac potius pietate, erga Christianā rem publicam construxistis, illud cum maxima nota & detrimento maiestati vestrarū, ac etiā vere impietatis indicio destruatur. Nam vt in pace oim rerū cōmodum imperij ac Christiani nominis incrementū, vt vestra fama, ac gloria maior & oriri & augeri potest, sic discordia, ac bellorū tempestate, vt superius a me disputatū est, omnia afferuntur incommoda, exhauriuntur regnorum vires, nec sine tumi nominis tum magnitudinis vestre iactura, ac inuidia & hominū, & deorum immortalū Christianus sanguis effunditur. Quod aut de potentissimis regibus a me dictū est, ne longius cum absentibus loquar, idem de vobis sentio animosissimi principes, tempus em̄ adest, & vt intellexistis, necessitas vt aliquādo & vos resipiscatis existimetisq; nullo vnq; tempore talem vobis, ad admirabile aliq; quid agendū, occasione contigisse, omnia vobis adiuantib; Cesarē

Cesarē pendente, omnia in ipso, tanq; in summo, prudentissimo, ac fortissimo imperatore sita, collocataq; sunt, hunc ergo respicite, hunc sequimini, hunc obseruate, hunc colite. cōmune bonū pietatē, & vt sepius dicam, concordia, cui se iam totum obtulit, amplectimini, quam quidem in augendis regnis tantum virū habuisse antiqui arbitrati sunt, vt eam ipsam numinis loco consecrauerint, ea siquidē facit, vt non propriæ gloriæ cupidissimus sed cōmunē vtilitatē amplectamur, hoc vt a paruo initio amplissima imperia augere potest, ita illud sepe maximas resp. ad tenuissimam fortunā redegitse legimus. Callicratides Lacedæmoniorum dux, Peloponnesiaco bello, cum multa fecisset egregie, vertit ad extremū oia, cum propter suam ipsius gloriā, consilio non paruit eorum, qui classē ab Arginussis remouendam, nec cum Atheniensibus pugnandū putabant. Cleombrotus timens inuidiā, contra Epaminundam cum temere cōfluxisset Spartā, norum item opes corruerūt. Præterea nihil in vita mortaliū magis damnabile, q; cum aliena incommoda, conuiuentibus oculis spectamus. Scio dum nos inter nos hostes sumus, dum nisi mutæ internicionis fomenta alimus, Thurcas Pannoniā superatos, scio & vos, vt nunc agitur, aut parū aut nihil curaturos, cæterū scitote Pannoniā vobis propinquā esse, scio Italiam sub Thurcarū iugū iturā, sed quid ab ipsa nisi Alpes Germaniā vestram diuidunt. Taurus tamen Asiæ mons altissimus nec coctijs aut pœninis iugis, porrectoq; Tauronis vertice in nubes minor a Thurcis (vt dixi) superatus est. Vestrorū etiā montū durissimos cautes igni, acetoq; Annibalē fregisse memoriæ proditum est. Sed nunc in tantū humana creuit audacia, vt si iter in cœlum daretur, cū dijs quoq; de cœli imperio, impius Thurcarū princeps contendere auderet, nostra enim odia, ac seditiones illū animosum reddunt, nos ipsum mundi dominū facimus, o humane stultitiam o insanas mentes, o cæca pœtora sicine Christianorū libertatem defendimus, sicine immortalem gloriam comparabimus, non hac via mihi credite, sed vera animorū cordia, ac beniuolentia, mutuoq; bene faciendi studio, in cœlū gradimur, vereor, vereor inq; vt deus aliter faxit, ne cum voluerimus & alijs, & nobis prodesse, non possimus, obsecro vos

Ad germaniæ principes

Callicratides

Cleombrotus

Annibal

Vera autem concordia

cuius gratia tantus Constantinopoli & terrestris, & maritimus paratur exercitus. Cuius viscera Turcarum mucro petiurus est: nempe nostra, nos vult, nos petit, in nos vibratur, consulite ergo publice saluti, & ubi consulueritis mature agite, Dijsq; auspicijs, ac bene iuuantibus, tu in primis sacratissime imperator, arma para, describe exercitum, non tua deerit Germania, non tui potentissimi principes, quos ad hanc nauandam provinciam audacissimos esse cernis. Copias mari, terraq; instrue, ac tam gloriosam belli expeditionem aggredere, cape gladij & Pilei omen, quæ tibi a Leone. X. pontifice max. in presentiarum missa sunt, altero enim te armis cuncta superaturum, altero te totius orbis coronam adepturum interpretamur, tua enim interest, ut cum hoc fatali ense, ac validissimis copijs Germanorum tuorum pontum aggrediare, ad te florantissimum illud Byzantij imperium (nisi aliter statuatis) attineat, tuum sceptrum, tuum solium repetendum est, hoc Thraciam, Moesiam, Macedoniam, Thessaliam, Græciam, Epyrum in Europa complectitur, ultra Ægeum, ac Propontidem, ut de innumeris, ac fertilissimis insulis taceam, Pontus cum magna parte Asiæ ad tua iura & gloriam spectant. Nam Galatia, quæ ultra Bythiniam est, Christianissimo regi, cum ceteris proximis provinciis, iure gentis debetur. Ille tuum expectat nutum, tuum consilium moratur instat, rogat, supplicat, ut sibi tandem ex nobilissimo Massiliensium portu, solueret liceat, ut potentissima classe sua, ditissimas Lyciæ Pamphylie, ac Cilicie tum maritimas tum mediterraneas vrbes inuadat, ut Gallogreci, gens sua, qui Brenno duce locupletissimam Asiæ partem occuparunt, repetant. Scio fortissimum regem, et hoc haud temere assero, nec christianæ libertati, nec nomini suo, nec voluntati tue, dum opportunissima occasio est, defuturum. De rege vero Catholico omnium nunc regum potentissimo filio tuo charissimo tam admiranda tibi polliceri potes, ut complecti animo, dum ea meditor vix possim, tuis enim auspicijs, natus est felicissima rerum initia. Et ne Hispanie magnitudinem toties referamus, Africam iam sibi, & adolescenti quidem, parere didicere reges paulo ante cum ab Ænobarbo homine pugnacissimo, & factioso regnis spoliati essent, filij tui principis maximi suppliciter implorantes, proprijs regnis restituti sunt. Indi sacram nomis

nis nuncupationem colunt. Da operam igitur, ut potentissimus rex ad maximarum rerum gloriam natus floridam ætatis suæ virtutem ita exerceat, ut si non te maior, saltem par & tibi, & catholico auro, ac patri, predicetur, iube Aphricana litora validius aggrediatur nam hanc tertiam orbis partem ad se attinere nemo ambigit, sua cæsariensis mauritania est, sua Numidia, suum quicquid Libyæ a Neptuni aris, ad magnam usque Syrtim & Cyrenem extenditur, sibi quicquid continentis, quod Libycum, aut Aegyptiacum maria amplectuntur, ad nilum pater, sibi Aegyptus, Calliotis, Iudæa, Palestina, ac Phoenicia, ad triumphum referuantur. Ego hoc diuisionis genere usus sum, vos autem cum ceteris regibus, ut libet mundum partem nam certe si vera animorum concordia externis gentibus, quæ vestra iura tam diu occupant, quæ vos ab olis ire meditantur, bellum inferre volueritis, quæ tam semota mundi plaga, quæ tam bellicosa mundi gens, quod tam prodigum vite genus quod tua incomparabili rei militaris scientia, ac virtute tantorum regum, ac illusterrimorum principum tuorum auxilio, potentia, felicitate, domari, vinciri non possit. Dixi pro libertate & gloria certandum esse, sed hæc duo, ita cum religione nostra coniuncta sunt ut ea contempta, nec libertas, nec gloria vel stare omnino, vel conseruari possint, quæ quidem quanto ceterarum gentium fidem antecellit, tanto maiore spe esse debemus deum opt. max. pro sua tuenda religione opem nobis laturum, non enim homines victoriam dant sed dii, unde humanum dependet genus. Quid Ionathas facinore admirabilius? qui vno tantum clientulo comitatus, sex millia phylistinorum equitum ac triginta millia currum fudit, fugauitq; ac instar harenæ in litore maris, attriuit. Abraam a suis solus venaculis adiutus, quatuor potentissimos reges superauit. Nōne hiericuntis moenia, quæ non ferro, non arietu peruia erant, septem tubarum sacerdotalium sono, & consono populi ululatu corruiere? Samariamq; a validissimis Syriorum copijs obsessam Panico terrore, eorum exercitui iniectione, diuinus fauor liberauit: tantam enim populi sui curam rerum omnium moderator, ac rector semper habuit, ut eius Angelus de celo aliquando lapsus centum & octoginta millia Assyriorum vna nocte percussisset, taceo Iosue unum & triginta reges superni numinis auxilio, interfecisse. Illud autem & de

potest Caroli

sancti Ionathas

Abraam

Iosue 31. Reges profert

c ij

Anto. Comadus

Christianis memorie traditū est, Antonio cōmodo in Germania pugnante militum Christianorū precibus, cū penuria aquarum laborarent, aquam diuinitus e cœlo missam, multosq; Sarmatarum fulminibus ictos, ipsius cōmodi literę ad senatū scriptę, testantur. Eia agite ergo, & hanc expeditionē bonis inchoare auspicijs, nam si sanctę pieq; ac pro verę immortalitatis gloria huiusmodi bellū suscipietis, alta corruent mœnia, hostes fugabuntur, cadent fulmina, angelusq; vibrata cœlitus romphæa aderit, fundet hostiles acies, sternet, trucidabit, o miram inauditamq; victoriā pro qua, & virtus vestra, & dii immortales pugnaturi sunt, o foelix triumphandi genus, quod armis cœlestibus, angelicisq; copijs nobis comparatum erit. Non præteribo, quod etiam sine controuersia notissimū est, sanctissimus D. N. Leo, X. pontifex maximus, cupidus ac feruens Christianę amplitudinis, quod quidem crebrioribus literis vt dixi, & nunc reuerendissimis suis Legatis viris maximis, & ad hoc negotium ardentissimis significare non desinit, propter suam in vos, ac christianę reip. statum, singularē dilectionem, instat omni qua potest solitudine, studio, ac cura, hortatur, deos immortales nihil aliud rogat, quā vt sanctissima firmissimaq; concordia ita vinciamini, vt quantum in amplificanda Christianitate in propagando imperio, in augenda dignitate vestra intentus sit, plane intelligere possitis, quandoquidem in vobis præ ceteris sacratissimę Imperator illustrissimi principes, vt pater in bonis filijs solet non solum ecclesiasticę dignitatis ab illatis iniurijs defendendę, sed etiam augendę, extollendęq; spem omnem, atq; curam collocauit, plura de Pont. max. dissererem, nisi & alij locupletius dixissent, & vos eius animum, voluntatem, bonitatem, ac pietatem iam diu nouissetis. Vos autem Reuerendissimi in Christo patres & domini d. pientissimi, qui huiusmodi expeditionis gratia, apostolica legatione fungimini, ac vos præstantissimi oratores, totius christianitatis nomine rogo, supplico, atq; obsecro instate, sollicitate, vrgete negotium, huic rei pro virili incumbite, eę enim vestrę sunt partes, vt scilicet persuadendo, consulendoq; libertatem, ac amplitudinem christianam pariatis. Proinde cum a me de communi Christiani nominis libertate, secundo

cum de vestra immortalē, ac Romani Imperij gloria concisę dictum sit, reliquum est vt quę ego breui oratione profecutus sum, ea tu Augustissime Cęsar, tanq; omnium regnorum, ac regum caput, & princeps virtute solita, & egregijs factis profequare. Quod quidem tanto ardentius, te facturum haud ambigimus, quanto solertiore cura animaduertis, quo in statu futurę magnitudinis, ac etiam periculi, præsens communis omnium fortuna posita sit, eam si clementia tua deserit, nos vna corruiamus, si vero fouere, vt nunq; fouere destitisti, malueris, achiuse catholicę pacis nexu amplecteris, pietati, libertati, glorię, ac necessitati, tum publicę, tum priuatę consules, vnde nefandissimorum Thurcarum, qui principibus Christianis iugum, ac laqueum minitari non desinunt, feritas extinguere poterit, tu vero sacratissime Imperator, vna cum illustrissimis tuis principibus æternam gloriām, ac meritum, cum apud homines tum apud deos immortales consequeris.

D I X I.

In excusoria Sigismundi Grīm Medici, & Marci
Vuirsung officina Augustę Vindelicorū
Anno salutis. M.D.XVIII. duodecimo Kalē. Octobres.

